

487

CODICES

488

*fectuum verae Amicitiae. Effectuum Gratiae et Passionis. Variorum Sensuum S. Scripturae. Effectuum Sacerdotii.*

*Fol. 11. Schema Vitiorum Capitalium cum singulorum effecti-*

*Nil bene discernit, quem precipitatio sternit.*

*Solum cura mei sit mihi nulla Dei.*

*Non amat hic christum mundum qui diligit istum &c.*

*Sequitur Arbor Cognationis, ut in Job. Andreae Opusculo et passim habetur.*

*Fol. 14. Bibliorum Auctoritates vet. et no. test. cum contento secundum ord. alphabeti. Jam indicatae sunt Cod. IV. quem, si lu-*

*bus carmine expressis. Ita Luxuriae dantur Precipitatio, Amor sui, Odium Dei &c. de quibus sic:*

*bet, adi. Id solum hic differunt, quod singulis forulis prolixior expositio, ac ibi, inscripta fit.*

*Fol. 26. absque inscriptione Elenchus alphabeticus Sententiarum Biblicarum, ad hunc modum:*

*A. a. a. Domine deus nescio loqui quia puer ego sum. Jeremie 1.*

*Abiciamus opera tenebrarum et induamur arma lucis. Paulus Rom. 13.*

*Abominatio est deo vita impij. Proverbiorum 11. &c.*

CLXXVII. VII. H. 19.

CLXXVIII. VIII. F. 3.

697 Codex chartaceus lat. Sec. XVII. Folior. 19. 4. inscribitur *Elucidarium seu Repertorium una cum suo Summario omnium Librorum simul et cum sua distinctione, Nominibus, materia et Capitulum Numero Totius sacrae Scripturae veteris et novi Testamenti in Biblia comprehensa. Compiler Ferd. Honorius Peverelli Austr. Lincensis Presbyter, qui a. 1663. haec ligna in silvam tulit, praemissa Epistola ad Leopoldum Aug. Imp. aliisque ad Lectores Admonitionibus, quibus ad sacrarum Literarum studium hortatur.*

Codex membraneus lat. Sec. 459 partim XIII. partim XIV. Folior. 190. 4. per duas columnas probe exaratus, rubricisque distinctus, et quondam *conuentus wiennensis ordinis fratrum praedicatorum in austria* continet: I. *Indicem plenissimum Vocum non tantum hebraicarum et graecarum, sed etiam latinarum, ut Felix, Festus, Tertius &c. quae in sacris Literis occurrunt, cum expositione saepe putida et frivola. Ita Filippus os manuum uel os lampadarum. Liconia suscitans uel suscitatio. Topazion bonum testamentum &c. Ejusmodi Indices a primis qui-*

quibusdam Typographis Bibliorum Editionibus adjectos fuisse notum est.

II. fol. 68. manu Sec. XIV. sequuntur *Castigationes* et *Variae Lectiones S. Bibliorum*, ordine Librorum Vtriusque Testamenti, ex hebraico et graeco Textu atque antiquioribus Interpretibus collectae. Prooemium incipit: *Litterarum sacrarum latino interprete beato jeronimo in epistola ad Suniam et fratellam fratres de greci correctione psalterii attestante: sicut nouo testamento si quando apud latinos questio oritur uel inter exemplaria varietas est, recur-*

*Iste liber est scriptus qui scripsit sit benedictus. amen.*

Autorem nullo vestigio deprehendi, qui certe aevo suo sacras Litteras feliciter excoluit, quam tot συλλογισμοί Allegoriarum Venatores, quibus nulla hebraeae, graecaeque eruditionis adipiscendae cura dicam? an opportunitas fuit.

CLXXIX. VII. 6.

216 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 353. f. currente calamo exaratus per duas columnas continet sequentia: I. Lexicon Biblicum, quod *Mammotreptus*, *Mammetractus*, *Mammotreptus* vulgo audit, quo nomine Autor ipse sub finem *Praeloquii* illud appellat a *mamma*, si quid divino, *trabenda*; de *Parvulis* enim loquitur. Est vero is *Johannes Marchesinus Regio Lepidi* ortus O. M. quem alii circa 1450. *Wad-*

*rimus ad fontem greci sermonis &c.* Methodum Autoris habe in principio Geneseos: *Genesis 1. ca. a.* (antiqui Interpr.) *terra autem erat inanis et uacua. et tenebre* (Vulg. erant) *super faciem abyssi et spiritus dei ferebatur. Item a. et diuisit deus* (Vulg. omitt.) *lucem a tenebris. hebreus et antiquiores et grecus habent deus &c.* Ultima Apocalypseos: *Item f. et spiritus et sponsa. grecus. anti* (qui) *habent. Infra et qui uult. Infra contestor enim ego. anti habent. Item. c. plagas scriptas. anti. in libro isto. Infra partem eius de libro uite.*

*dingus* circa 1300. claruisse uolunt, id, quod similius uero uidetur, ut dixi in *Memorab. Bibl. Garell.* p. 79. Opus ab editione principe *Moguntina* anni 1470. f. saepenumero usque ad barbariei profligationem typis commissum notius est, quam ut descriptione egeat. Illud obseruo, expositionem *Psalterii* in *Cod.* nostro suo loco inter Partes V. T. haberi, cum in *edit. suprac.* post N. T. occurrat. Prolegomena item illa Biblica de *Mensibus Hebraeorum*, de *Festiuatibus legalibus*, de *uestibus Sacerdotalibus* &c. quae in *edit.* extremum locum occupant, nostro in *Cod.* statim Bibliis subiecta esse, denique desiderari in eo *Traclatum de Accentibus* et *Declarationem Regulae S. Francisci.*